

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 1. An Deus ab æterno aliquid creauerit, vel creare prouerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

rum naturis ac virtutibus se suauiter accommodant. Neque verò tanti operis est educere aliquid ex subiecto presupposito, ut debeat censeri excedere omnem facultatem creaturarum, ita ut illi communicari neguerit.

54 Non obest etiam quod Scriptura interdum Deo tribuit ea quae dicimus fieri à creaturis: ut educere ventos de thesauris eorum,

dare pluuias de cœlo, vestire prata, coagulare fœtum in utero, ac denique omnia in omnibus operari, ut dicitur 1. Cor. 1. Hoc enim ideo dicitur, quia nihil fit à creaturis, quod non fiat etiam à Deo immediate corridente, ut prima & vniuersali causa, ad omnes & quoscunque effectus causarum secundarum, ut ostendemus disputat. 34. seq. 2.

## DISPUTATIO TRIGESIMA TERTIA.

## De principio durationis creaturarum, &amp; prima rerum productione.

Sectio I. An Deus ab æterno aliquid creauerit, vel creare potuerit?

Sectio II. Quoniam ordine Deus Vniuersum creauerit?

Sectio III. Relatur contraria sententia.

Sectio IV. Soluuntur due difficultates circa successionem & ordinem creationis.

**M**ATERIA M huius disput. fusissimè tractat S. Thomæ, partim quæst. 46. vbi docet mundum non semper fuisse; quamuis esse potuerit, si Deus ab æterno creare voluisset; neque demonstratiæ vllaratione oppositum probari possit: sed per fidem, & reuelationem diuinam habeatur fuisse creatum in principio temporis, ut habetur Genes. 1. Partim etiam quæst. 65. & nouem consequentibus, in quibus prolixè differit de creatione nature corporeæ, & de opere sex dicium, tam in communione, quam in particuli de singulis operibus, & vniuersaliter diei assignantur à Moysè, capite citato. Quæ omnia breuiter sequentibus sectionibus comprehendentur, & omissis facilioribus, atque in textu ipso D. Thomæ perspicuis, ea quæ habent aliquid difficultatis elucidabuntur.

## SECTIO I.

An Deus aliquid ab æterno creaverit, vel creare potuerit?

tiones finita Luc. 3. à v. 23. Item Propterea Deus nihil v. 22. clare significatur nihil fuisse factum ab æterno, quando Sapientia increata sic locutus: Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquid fecerit a principio. Antequam terra ficeret &c. Et Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti.

Patet secundum ex Concilijs, Lateranensi cap. Firmo, in professione fidei, que sic habet: Deus ab initio temporis simul viramque de nihilo condidit creaturam spiritalem & corporalem &c. Et in VI. Synodo Generali actione XI, in professione fidis Sophronij, quæ approbat actione 13. sic habet: De principio visibilis mundi & constitutione factor, quod omnia nostra tantum visibilia, sed & invisibilia unus Deus condidit, illa sensuerna natura que nescit exordium; & ex non-existentibus proruit ut existenter, principium omnibus temporaliter constitutum.

EE 2

D. Thomæ  
Vacunque alia præter Deum existunt, fuisse producta in tempore post ipsorum non-existentiam, ita ut Deus solus ab æterno extiterit, & duratione infinita creaturam omnem præcesserit, docet S. Thom. tota q. 46. estque de fide, ut patet primò ex Scriptura Genes. 1. vbi narratur Vniuersi molitus, & prima rerum creaturarum productio non ab æterno, sed paucis diebusante Adamum, cuius vita finitorum annorum, nempe non centorum & triginta, habetur ex Genes. 5. v. 5. & ab illo ad Christum gener-

Aristot.

Eundem olim fuisse sensum omnium nationum testatur Aristoteles 1. de celo cap. 10. tex. 102. Cui male se ipse opposuit: ac potius meminisse debuit eius quod dixerat 10. Eth. cap. 2. Quod omnibus videtur, id esse affirmamus: qui vero hanc fidem tollit non ad melius probabilitiora dicturus est. Habet autem hic specialem vim auctoritas: quia est quaestio de facto aliquo, quod hominum memoria conseruavit.

Perez.

Varias eiusdem veritatis conjecturas naturales afferunt Perez et alii cap. 1. Gen. circa illa etba: In principio creauit Deus celum & terram: & lib. 15. de principijs, vbi etiam Aristotelia & aliorum Euthenicorum argumenta in contrarium soluit. Ratio summa est Dei voluntas, qui pro sua libertate condidit quando voluit, licet prius ac prius in infinitum creare potuerit. Non desunt tamen e Philosophis Christianis & Theologis, qui non modo negent mundum ab aeterno fuisse productum: verum etiam posse produci. Sed argumenta quae prouferunt, quantumcumque habeant apparentiam & difficultatis inexplicabilis, non conuincunt omnino: habentque instantias in contrarium non minus difficiles. Atque illa ipsa qua demonstrationis speciem magis habent contra aeternitatem motuum & productionum successiuem factarum, retoqueri possunt in ipsam Dei aeternitatem virtualiter extensam & successiuam per infinitum & interminabile tempus imaginariam. Multa etiam in aeternas productiones personarum diuinarum, quem pugnant, & actus Dei liberos. Quare sapientius D. Thom. q. 46. art. 1. & 2. affirmit mundi inceptionem in liberam Dei voluntatem revelatione nobis manifestatam, referendam esse.

Non potuit nam  
de aeterna mundi productione,  
quod omnia  
successione  
qualis nunc  
est.

Aduerendum tamen est, aliud esse loqui de aeterna mundi productione, quod alias tantum ita partes, ut celos, & elementa: & aliud, loqui de aeterna illius productione, quod omnia genera, & species rerum, ex quibus constat, aliorumque ex alijs productionem, & successionem, qualis nunc est: ita ut ab aeterno fuerint generationes hominum ex hominibus, leonum ex leonibus, & sic de alijs. Primum enim puto non involare contradictionem: secundum autem secundum. Quia cum iuxta illam suppositionem, necessarium sit aliquem hominem determinatum a Deo solo produci, & ab illo ceteros successivus: daretur primus homo, qui finita solu[m] duratione, puta triginta annorum, ceteros omnes p[ro]cederet. Atque ita daretur primum duratione in aeternitate, excidens tantum finitem durationem finitam reliquorum hominum: quod puto manifestam contradictionem involare. Neque enim minima aeternitati repugnat habere primum in duratione, quam ultimum. Et evidenter implicat durationem esse aeternam, id est, interminabilem, ac simili esse

terminatam, ut est, si habet primum, & ultimum. Implicat etiam ex duas finitam durationibus fieri unam infinitam: & finitam durationem reliquorum hominum fieri infinitam, & aeternam a parte anteriori additis solu[m] triginta annis, quibus eos processit homo ille in immediate a Deo productus, & ceterorum parens.

Sicut tamen qui existimant, inter quos es. se videtur D. Thom. art. 2. q. 46. possibiles sunt generationes hominum ab Eterno, quales nunc sunt, ita ut semper ab aeterno alii alios generarent, & in eo casu quo id contingere, dicunt nullum fore a solo Deo productum, sed quemlibet hominem fore ab alio homine: neque propterea totam hominum collectionem fore ab alio nomine: quia inquit, non valer illatio a singulis ad totum, propter infinitatem in modo illo accidentali successionis aeternae aliorum ab alijs, & in predicato *Ingeniti*, id est, prius tempore ante omnes alios a Deo solo producti, quod praedictum ad quantitatem pertinet & successionem temporis. Sed tota collectio esset a Deo, a quo singuli pendent essentialiter, & quod omniibus individuis atque toti collectio dat esse, velut caula per se & essentialiter necessaria, ac fundamentum existentia omnium, totiusque collectio, seu specie, de se insufficientis ut sic. At nullus pendet essentialiter ab alio homine: peractidens vero quilibet est ab alio, & nullus est ante quem non sicut alius concurrens ad illius generationem. Ratio vero cur hoc, quamvis intellectu difficultimum, & meo iudicio impossibile, affirment coherenter loquendo, est illa, quam supra diximus. Nimur quoniam aliqui daretur primus homo (ille scilicet a Deo solo productus) qui duratione tantum finita, puta triginta annis, secundum a se inmediate productum praecedet: ac proinde non esset aeternus; aut ex finita duratione secundi cum sequentibus, & finita duratione triginta annorum quibus praelicit primus, fieret duratio infinita, & aeterna a parte ante, quod est absurdum & impossibile. Nam quod resultat ex duobus finitis est finitus: Et duratio finita a parte ante non potest fieri infinita & interminata, peraditionem triginta annorum.

Si objicias cum Vasq. diff. 17. pum. 17. Vafsi. Ex eo quod Deus sit primum, non per essentialiam & causa ceterorum omnium, necessarium esse deuenire ad aliquod ens a solo Deo productum, & ex quo cetera deripiuntur in serie generationum aut productionum successuarum, & fieri non posse a Deo de nihilo fecerit esse in mundo generationes, & tamen primam rem ab eo creatam assignare non possumus? Respondent, Deum in eo casu non fecisse ex nihilo existentiae actuali, quasi aliquando non fuerint actu generationes: sed tantum virtuali, quia potuerunt non esse, licet de facto semper fuerint: & ideo quia semper fuerunt aliae apte alias, hinc est quod prima generatione, & prima res ab eo creata,

*Fazol.*  
in tali serie assignari non potest, quia non  
est Deus *quidem*, solus fuit prima causa  
efficiens omnium generationum. Non quod  
solus hanc aut illam produxerit: sed quatenus  
sua efficacia voluntate & omnipotencia  
fecit ut ab aeterno essent generationes, dedit  
quoniam hominibus ut essent, & alij alios genera-  
rent. Simile quid habet Fazolus qu. 2. art. 3.  
dub. 2. circa finem.

*Refutatur.*  
Sed haec responsio non sufficit ad vitan-  
dam contradictionem. Nam tota illa homi-  
num collectio non habet in seipso principiu-  
m sufficiens existendi, & virtutem extra-  
hendi se de nihilo actuali, aut virtuali; cum  
sit essentialiter ens ab alio. Ergo debet exis-  
tere vi alterius: & si habet virtutem gene-  
randi, & tamen propagandi successiue, de-  
bet illam accipere ab alio, qui sit extra to-  
tam illam collectionem, nimirum à Deo.  
Est autem impossibile, ut illam accipiat ab  
aliquo extra totam illam collectionem, &  
priori, saltem naturae ordine, tanquam prin-  
cipio extrinseco, toti illi collectioni prae-  
suppositio; nisi aliquid tam individuum  
illius collectionis processerit immediate à  
Deo solo, & ab illo accepit virtutem ge-  
nerandi, à qua procederent ceteri homines,  
simili modo, quo nunc omnes procedunt ab  
Adamo. Logimur enim de simili ordine  
successioni, non autem de illo, in quo Deus  
ipse infinitos homines se solo immediate, &  
successiue produceret ab aeterno, quod non  
potest esse impossibile. Sed omnino impossi-  
bile videtur existere homines, sive fini-  
ti, sive infiniti à parte ante, absque eo  
quod vel omnes immediate à Deo solo pro-  
ducerentur, vt Angelii: vel plures, aut unius  
aliquis, qui accepta virtute à Deo posset  
alios successiue generare. Est enim necessa-  
rium, ut virtus generandi successiue com-  
municata hominibus, quam non habet col-  
lectio ex se sola; & sine beneficio causae ex-  
trinseca, nimirum entis à se, à quo pendet  
essentialiter omne ens ab alio, tam collecti-  
ue, quam distributiue. Est, inquam, necessa-  
rium, ut illa virtus exeat à Deo immediatè:  
& non potest ab illo exire immediatè, nisi in  
aliquo individuo immediatè producto à so-  
lo Deo, logendo de successione genera-  
tionum, qualis nunc est. Non potuit autem tale  
individuum à aeterno generare successiue,  
vt argumentum supra factum conculcit, &  
fateretur aduersarij. Quare potius negan-  
dum est mundum ab aeterno creari potuisse  
cum successione generationis hominum,  
qualis nunc est.

*Creatio ab  
aeterno, no  
pofer di  
fligui à  
conserua-  
tione.*  
Volum tamen est, quod illi addunt, in  
creatione ab aeterno, non posse distingui instans  
creationis præcisè, à conseruatione.  
Sed in quoconque instanti, vel tempore assi-  
gnato, est conseruatio; quia res ante præex-  
tit. Alioqui daretur primum instantem in aeternitate.  
Similique de causa non dari pri-  
mam actionem temporaneam, aut primum  
motum localem, aut primum ubi, quod ad  
tempus habuerit res ab aeterno creata. Sed

ante quamlibet talē actionem fuit alia; &  
ante quemlibet motum temporaneum fuit  
alii: & ante hoc ubi fuit aliud. Alioqui  
daretur primum in aeternitate, quod tem-  
pore finito tantum, excederet reliqua  
post secura. Quodquè implicat, ac dari  
ab aeterno productionem prius hominis  
à quo deinde reliqui successiue generati sint.  
Itaque si mundus fuisse ab aeterno produ-  
ctus; sol v. g. non fuisse primum creatus in  
coniunctione cum luna, aut extra coniunc-  
tionem neque in parte Orientis aut Occi-  
dantis, aut aliqua intermedia. Sed ab aeterno  
fuisse infinites luna coniunctus:  
quia autem quamlibet separationem precessis-  
set alia: & infinites fuisse in parte Ori-  
entis & in qualibet alia circuli per quoniam mo-  
vitur: ita ut nunquam fuerit primo in eis  
ex his partibus.

## SECTIO II.

Quoniam ordine Deus Uniuersum  
creaverit?

*Ordine crea-  
tions Uni-  
uersi.*  
Ordinem illum describit Moses cap.  
I. Genes. Circa eius narrationem  
omnino certum puto literaliter accipien-  
dam esse: ita ut Deus quæ narrantur à Moy-  
se sex diebus producta, non produixerit  
mul omnia, sed successiue, & ad literam  
prout ibi describitur. Primum scilicet di-  
cūlum, neppè empyreum, & si quod est  
aliud supra firmamentum, factum secundo  
dī: itemque terram, aquam, & lucem,  
aquis & faciei abyssi (vbi prius tenebrae)  
successiue per totum hemisphaerium infusa-  
m, ad differentiam diei & noctis, ma-  
ne & vesperi, ut habetur Genes. I. à v. 1.  
ad 5. Die secundo firmamentum in medio  
aquarum Hebraice rakiya expansionem  
id est, omne corpus interiectum in  
quas circa terram rectas, & inter aquas  
superiores tali firmatas, quod ita sua  
presentia interiecta diuisi aquas ab aquis  
ut habetur v. 6. & 7. Tum die tertio, ex  
terra aquis discooperit, in aliquos alios &  
concauitates recessis, proculque plantas, her-  
bas virentes, ligna porifera, v. 11. & 12.  
Die quarto, Solem, Lunam, & stellas in  
firmamento, id est, in illa expansione, de  
qua supra, que parte continet cūlum stel-  
lacum, & cūlum planeticum, v. 14. &  
bus sequentibus. Die quinto, aures, & pil-  
ces, ex aquis, v. 20. & 21. Die sexto, bra-  
ta terrestria ex terra ipsa: & primum  
hominem ex luce terra. Namque ex ipsius  
luce, v. 25. & deinceps. Die deinceps  
requievit Deus ab uniuerso opere  
quod padarat, id est, à novis rerum gene-  
ribus aut speciebus condendis, que in virtu-  
te rerum tum productarum non contineantur,  
& illis exigentibus producantur deinceps, Genes. 2. v. 2.